

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Penitencia k  
cum fonte primo

Penitencia

langores sanat, leprosos  
curat, mortuos suscitat, sanitatem  
auget, graciam conseruat; claudis  
gressum, aridis copiam, cecis restituit  
uisum; uicia fugat, uirtutes exornat,  
mentem munit et roborat.

Augustinus libro de penitencia.

Quantum sit appetenda gratia  
poenitentiae,  
omnis clamat auctoritas,  
omnis bonorum vita conatur ostendere.  
Languores enim sanat, leprosos  
curat, mortuos suscitat, sanitatem  
auget quam conservat; claudis  
gressum, aridis copiam, caecis restituit  
uisum; vitia fugat, virtutes exornat,  
mentem munit et roborat,  
omnia sanat, omnia redintegrat,  
omnia laetificat.

Pseudo-Augustinus, *De uera et falsa  
poenitentia ad Christi devotam*, 1 (PL  
40, col.1113).